

**Hexaēmeron Hē Toi, Kosmourgia, Georgiou tou Pisidou
diakonou ...**

Georgius <Pisida>

Lutetiae, 1585

Jn Idem Georgii Pisidæ Opus sex dierum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70102](https://urn.nbn.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70102)



I N
GEORGII PISIDÆ MVNDVM A
FED. MORELLO PARISIENSIS
Latinis versibus expressum.

GR E GIE P I S I D E S Mundum descri-
pserat: vnum
EDeerat adhuc, quia dimidio patefecerat
Orbi,
Spectandum cunctis quod erat mortalibus: arctis
Quippe metris Mundum Graiis incluserat: illum
Altera pars orbis numquam vidisset: at olim
Conspiciet, Latii oris monstrante M O R E L L O:
Vt P I S I D Æ Mundus toto spectetur ab Orbe.

R. PINCAVS Senator Parif. F.

*JN IDEM GEORGII PISIDÆ
Opus sex dierum.*

QVICQVID creauit artifex rerum Deus,
Numero creauit omnia:
Numeroque gaudet impar diuinitas,
 Impar quod impartibile est.
Et quicquid impar est & impartibile,
 Mortis secantis cætera

b

Immune, Græcis vnde dicitur μέγε,
Ab æuo in æuum permanet.
Sed quia perenne nil, nisi summus Deus,
Et Conditori condita.
Se se nec æquant, sorte nec gaudent pari,
Numerum creata per parem.
Sunt sex dierum. Quæ diebus & omnia
Sunt sex creata, tot quoque
Millia per æui sunt itura ad terminum,
Sex per dies, sex secula:
Nisi Legis autor, legis exsors sed Deus,
Breuiarit ipse tempora:
Pios ab impiorum vt asserat iugo,
Quos Antichristus opprimet.
Hoc sex dierum opus P I S I D E S tam pia
Describit arte, potus vt
Fonte videatur, non equi volatilis.
Quem fodit anceps vngula,
Sed qui supremo manat è throno Dei:
Manifesta res vt approbat:
M O R E L L V s at eodem rigatus riuulo,
Non labra tantum, sed iecur,
Scripta senioris iunior G E O R G I I,
Quæ Græca fuerant, exprimit
Sermone Latio, tam eleganter, tam pie,
Aliena vt efficiat sua.

Jo. Auratus poëta &
interpres Regius.